



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

JO. GEORGIVS KVLPIS
DE
CIRCVMVENTIONE
IN CONTRACTIBVS
LICITA

Vom

Erlaubten Betruge in den Vergleichen

Ad HVG. GROTI de J. B. & P. L. II. c. 12. n. 26.

Dissertatio Academica,

QVAM

EMENDATIOREM EDIDIT

JVSTVS ISRAEL BEYERVS,

PHILOS. PROF. PVBL.



HALAE MAGDEBURGICAE, 1739.

Typis JOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

Beneuolo Lectori

Salutem.

Quae hic denuo recusa est *Dissertatio*, jam anno octuagesimo sub nomine alterius prodit, qui eō tempore inter Auditores nostri Autoris fuerat, E- jusque scholas sectabatur. Postquam vero, distractis prioribus exemplis, noua editio desiderabatur, vero Autori laborem suum vindicare Editor Subbacensis anno octuagesimo octavo voluit, ex praesumta illius voluntate, cum in neminiis injuriam id cedat, & tamen publice intersit, omnino scire, cui hic vel iste labor sit reuera tribuendus. Ita enim mos Academicus haecens tulit, ut Doctores suis Auditoribus Disputationes, ingenii exercendi causa proponendis, subinde conscribant; borum nomen exercitio Academicō praefigitur, ut tractatio rei ipsius, quae exercitio isti argumentum dedit & occasionem, alium habeat autorem. Par ratio est *dissertationis*, Bellum Caesaris & Ariouisti, Germanorum Regis, Commentatione politica illustratum, exhibentis, quae bāud ita pridem nouiter recusa verum Autoris nomen praescrip- tum habet, initio vero, simili prorsus instituto, filuerat; quod in eorum gratiam, qui priora forte exempla viderunt, monere visum est, ne alias plagi crimen unī aut alteri praeter meritum impunetur. Bene Vale.

A 2

B. C. D.

DE CIRCVMVENTIONE

B. C. D.

DE

CIRCVMVENTIONE IN
CONTRACTIBVS EICITA.

HVGGO GROTIUS

DE IURE BELLI ET PACIS,

L. II. cap. 12. n. 26.

Nec in his *iure gentium* voluntario quicquam mutatum appetet: uno excepto, quod inaequalitas rerum, in quam consensum est, ubi nec mendacium intercessit, nec eius quod dictum oportuit reticentia, in actionibus exterioribus pro aequalitate habetur: ita ut, quomodo *iure ciuili* ante constitutionem DIOCLETIANI actio in foro nulla dabatur aduersus talem inaequalitatem, ita nec inter eos, qui *iure gentium* solo sociantur, exactio aut coactio sit eo nomine. Hoc enim est, quod ait 1) POMPONIVS, *in pretio venditionis & emtionis naturaliter licere se mutuo circumuenire*: ubi licere est, non quidem fas esse, sed ita permitti, ut nullum contra proditum sit remedium in eum,
qui

1) *L. in causa cognitione 16. §. 4. D. de minoribus, L. item si pretio D. locati.*

IN CONTRACTIBVS LICITA.

5

qui se pacto velit defendere. 2) *πλευραίνειν*,
tem eo in loco, vt & alibi interdum, possum
est, pro eo quod recepti passim moris est, quo-
modo apud Apostolum 3) PAVLVM ipsa natu-
ra docere dicitur, viro turpe esse comam alere,
cum tamen id neque repugnet naturae, & multos
apud populos visitatum sit. Sic idolorum culto-
res, non autem quosuis homines 4) φύσει ματαιός,
id est, natur. vanos appellat scriptor libri sapien-
tiae, & 5) τέκνα φύσει δηγοῦς PAVLVS Apostolus, non
tam ex sua, quam ex Romanorum, apud quos
tum viviebat, persona loquens. Euenus, poëta
vetus:

Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι, Φίλα, καὶ δὴ
ταῦτη ἀνθρώποις τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.

Quod meditare diu durabile fiet, amice,
Atque id naturam credo mortalibus esse.

Eiusdem sensus dictum vetus apud GALENV.
6) exstat: ἐπικτητοι φύσεις τὰ ἡδη, consuetudo adscititia
est natura. Apud THVCYDIDEM similis notio-
ne dicitur: τῶν νόμων προστίσσεται η ἀνθρωπεία φύσις, huma-

A 3

na

2) Sic GELLIVS lib. IX. c. 10. de actu coniugali rem na-
suras lego operiendam.

3) 1. Corinth. XI. 14.

4) 1. Corinth. XIII. 1.

5) Ephes. XI. 3.

6) Lib. III.

DE CIRCVMVENTIONE

Graeci tam virtutes, tum vitia, postquam altas radices egerunt. Apud DIODORVM vero SICVLVM legimus: τῆς φύσεως ὑπὸ τῆς οὐρανῆς πετρωμένης, cum necessitas naturam, id est, robur animj, vinceret. Sic POMPONIVS 7) Iurisconsultus, cum dixisset, ius Romanum non pati eundem in paganis & testato & intestato decedere, addidit, earum rerum naturaliter inter se pugnam esse; cum tamen ea regula e solis Romanorum moribus pendeat, neque apud alios populos locum habeat, ac ne apud ipsos quidem Romanos 8) in militum testamento. Euidens autem fuit utilitas eius quod dixi iuris introducendi, ad praecidendas controversias infinitas, &, ob incerta rerum pretia, inter eos, qui communem iudicem non habent, inexplicabiles, quae vitari non poterant, si ob inaequalitatem a pactis discedere licuisset. Haec est, emtionis atque venditionis substantia, (aiunt 9) Imperatores, substantiae nomine morem, perpetuum significantes) quod emitor viliore comparandi, venditor

7) L. ius nostruni D. de Reg. I.

8) Imo & in paganorum testamentis saepe ubi inofficiofiquetela instituitur, L. mārē: L. nam eis: L. circa. D. de inoff. Testamento, addita L. cum duobus C. cōdem titulo.

9) L. si voluntate, C. de rescind. vend.

IN CONTRACTIBVS LICITA.

7

ditor cariore distractabendi votam gerentes ad hunc contractum accedant, vixque 10) post multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat distractante, emtore autem huic quod obtulerat addente ad certum consentiant pretium. SENECA 11) ait, hoc ius respiciens: *Quid interest, quanti sint, cum de pretio inter ementem & vendentem conuenerit? Nibil venditori debet, qui bene emit.* ANDRONICVS RHODIVS 12) sensu eodem: τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἀνεστίοις συναθάγματος κέρδος ἔτει ἀδικόν ἐστι, ἔτοι εὐδύνεται, τέτοι γάρ ἀδειαὶ ἔδοκεν ὁ νόμος. *Lucrum quod voluntate contrabentium percipitur, nec iniustum est, nec corrigitur.* Eius enim rei licentiam lex concepsit. Is, quem indicaui paulo ante, scriptor vitæ ISIDORI, minoris iusto emere, aut pluris vendere, vocat αἰδονιος ὑπὸ μὲν τῷ νόμῳ αἱρεμένην, τῷ τὸν δικαῖον ανατρέπουσαν: *iniustiam* 13) a lege permissam quidem, sed quae re ipsa iustum pervertat.

§. I.

10) FESTVS: *Conciones nildi videntur a canticione, quod in emendis vendendisque metallibus turde perueniant ad iusti preiis finem; itaque apud antiquos primus syllaba per V litteram scribatur.* QVINTILIANVS, declamatione pro ciuibus, diu concionatus est.

11) L. VI. de bonef. 13.

12) Nicom. v. 5.

13) Sic ANDRONICVS RHODIVS ad V. Nicomachiorum c. 5. in fine: τέτοι γάρ ἀδειαὶ ἀδικον ὁ νόμος; huius enim rerum licentiam lex dedis.

§. I.

Quod vulgo traditur, *jura vigilantibus scripta esse*, eius dicti fides, tum in aliis negotiis ciuilibus, tum in contractibus & conuentionibus praeccipue sese exerit. Cum enim humani ingenii ea sit indoles, ut res suas quoquis meliori modo cupiat promouere, diuinis quidem humanisque legibus prospectum est, ne cum aliorum iniuria id facere liceat: ut autem nostra commoda alienis commodis posthabeamus, nec ciuili iure, nec ordine charitatis obstringimur. vid. l. 14. pr. ff. de praescript. verb. l. 2. §. 9. ff. de aqua & aqua pluu. arcend.

§. II.

Ex ista ratione responderi generaliter potest quando quaeritur: *an & qualis circumuentio in contractibus licita sit?* ea nimirum, qua citra cuiusquam iniuriam, nobis utilitatem aliquam praeter altero paramus. Cum enim vix alio proposito quam utilitatis ~~alii~~ cuius expedienda, promouendaque causa, homines contrahere soleant; suo quodam iure faciet, qui finem istum obtinere contendit. Unde consequens est, quamdiu hosce terminos non egredituris qui contrahit; alterum cum quo contrahit de damno conqueri non posse, vid. l. 15. de R. I.

III. Ne-

IN CONTRACTIBVS LICITA.

§. III.

Neque statim dolus malus supponendus est, etiamsi circumuentio adsit. Potest enim *dolus bonus esse*: quod nomen pro *Solertia* veteres accipiebant. *I. I. §. 3. ff. de dol. mal. add.* GOTHOFR. ad *I. 16. §. 4. ff. de min.* Agnouit hoc, rigidissimus alioquin officiorum censor, CICERO *de off. lib. 3. cap. 5.* postquam enim ostendit, *detrabere aliquid alicui, & cum aliorum injuria suum augere commodum, magis esse contra naturam, quam sit mors, quam paupertas, quam dolor:* statim subiungit: *proprias tamen res licere curare ante coeteras.* Nam, inquit, *ut sibi quisque malit, quod ad usum vitae pertineat, quam alteri acquirere, concessum est, non repugnante natura;* illud natura non patitur, *ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes, augeamus.*

§. IV.

Debet itaque iuris alieni violatio abesse, ut circumuentio licita sit. Cum autem duo sint *pactorum genera, alia publica, alia priuata, I. 5. pr. ff. de paci.* in vtrisque videndum est, quale ius sit paciscentium ut hinc eo melius diadicari possit, quomodo ius istud violetur; & in quo discriminem circumuentionis licitae, ac illicitae consistat.

B

§. V.

§. V.

Primarium itaque ius, quod ipsa natura in conuentionibus exigit, in eo consistit, ut seruetur aequalitas, ita ut ex inaequalitate minus habenti ius oriatur contra eum, qui plus consecutus est. Sicut ex fine contractuum demonstrat PVFFENDORFIYS de iur. nat. & gent. lib. 5.

cap. 3.

§. VI.

Ista aequalitas cernitur vel in actibus, vel in re, de qua agitur. *Actus* alii praecedunt contractum, alii constituunt eundem. Illos, *praecedaneos*; hos, *principales* vocat GROTIUS de J. B. & P. lib. 2. cap. 12. §. 8. in omnibus hisce, si talis circumuentio interueniat, quae aequalitatem istam tollat, ea putari debet illicita: si vero aequalitatem istam non laedat, sed extra eam veretur, erit licita.

§. VII.

In primis vero aequalitatis istius ratio haberi debet in consensu paciscentium, l. i. §. 2. ff. de pact. Cum autem consensus constet intellectu & voluntate, idcirco in actibus, qui praecedunt contractum, ante omnia requiritur, ut is, qui cum aliquo contrahere vult, nihil dicat, vel faci-

faciat , quo alterius intellectus vel voluntas tollatur , aut impediatur. Adeoque error , qui intellectui aduersatur , itemque vis ac metus , tanquam voluntatem turbantes , abesse debent. *I. 106. pr. & §. 2. de R. I. l. 15. ff. de iurisdict. l. 1. ff. quod metus caus. vnde intelligi potest quod POM-PONIVS respondit in l. 57. ff. de O. & A. in omnibus negotiis contrabendis siue bona fide sint , siue non sint , si error aliquis interuenerit , vt aliud sentiat qui emit aut qui conductit , aliud qui cum his contrabit , nihil valere quod actum sit. Vbi tamen discriminem notandum est , quod intercedit inter contractus bonae fidei , & inter contractus stricti iuris : itemque an dolus , quo alter in errorum inductus est , causam dederit contractui , an vero tantum inciderit in contractum , vt discerni possit , an id quod actum est ipso iure nullum sit , an vero alio quopiam remedio rescindi debeat , vid. l. 7. pr. ff. de dol. mal. l. 13. §. 4. & 5. ff. de act. emt. l. 36. ff. de V. O.*

§. VIII.

Atque huc refertur etiam , vt alter alteri qualitates ac vitia rei , de qua agitur , sibi cognita , significet. Quicquid enim in his celandi caula , agitur omittiturue , id in circumuen-

tionum illicitarum classe ponendum est: sicut ex iure naturali demonstrat CICERO *de off. lib. 3.* Apud Romanos Aedilitium edictum in id propositum erat, vti patet ex *l. i. §. 1. l. 38. pr. ff. de Aedil. edito.* Atque in eos, qui contra fecerant, duplex prodita est actio, *redhibitoria* nimirum, ac *aestimatoria*: illa, vt res vitio affecta restituto pretio recipiatur; haec, vt taluo quoad coetera contractu, tantum pretii restituatur, quanto minoris res est ob vitium *l. 60. & 61. ff. de Aedil. edito.*

§. IX.

Quod de circumventionibus intellectui contrariis dictum est, idem de his sentire debemus, quae voluntatis usui aduersantur. Quicquid itaque cum metu contrahendi causa incusso coniunctum est, illud iniustum haberi debet. Idque & naturali ratione, quia is, qui metu inductus est ad promittendum, damno affectus videtur: & ciuili iure, quo contra talem metum restitutio in integrum aliaque remedia idonea conceduntur. vid. *l. 14. §. 2. l. ult. §. 1. & 3. ff. quod met. caus. GROT. de J. B. & P. lib. 2. cap. ii. §. 7.*

§. X.

§. X.

Egimus de actibus qui conuentionem praecedunt. Sequitur actus principalis ; qui potissimum in ipsa licitatione , & determinatione pretii ac mercedis, in contractibus non gratuitis, consistit. Hic autem talis desideratur aequalitas , vt ne plus exigatur , aut minus offeratur quam par & aequum est. Cum enim in hisce contractibus onerosis, de quibus potissimum sermo est, quisque in alterum hoc animo rem quampiam transferre soleat , vt pro ea aequipollens recipiat . consequens est , vt tum demum censeatur plenum ius ad rem alterius nancisci , quando eandem compari re vel pretio rependit. Estque laesio & circumuentio illicita , non tantum eo casu , quo ex proposito contrahentium ista inaequalitas inducitur ; sed etiam cum res ipsa dolum in se habet. *I. 36. ff. de V.O. add. GROT.*
de J. B. & P. lib. 2. cap. 12. §. II. & 12.

§. XI.

Econtra vero circumuentio licita est , quantum ad actus antecedentes attinet , quando ea dissimulantur , quae rem in contractum deducendam per se non contingunt , licet ad valorem eius constituendum aliquatenus perti-

neant: vel si dicantur aut reticeantur aliqua, quae alterutrum e contrahentibus ad contractum celebrandum facilius permouere possunt, quorum tamen praestatio neutri incumbit.

§. XII.

Prioris generis exemplum tale refert CICERO *de off. lib. 3. cap. 12.* Si vir bonus magnum frumenti numerum *Alexandria Rhodum* aduexerit, in *Rhodium* inopia, & fame, summaque annonae caritate, si idem sciat complures mercatores *Alexandria* soluisse, nauesque in cursu frumento onustas petentes *Rhodum* viderit, dicturusne sit *Rhodiis*, an silentio suum quam plurimo venditurus? estque de ista re disceptatum inter ANTIPATRVM, hominem acutissimum; cui videbatur, omnino esse indicandum, ut ne quid penitus, quod venditor norit, emtor ignoraret; & inter DIOGENEM *Babylonium*, qui contra statuit, venditorem dicere via oportere, quatenus iure ciuili constitutum est; coetera sine insidiis agere, & quoniam vendat, velle quam optime vendere. Neque dubitauerim ego pro hac DIOGENIS sententia calulum ponere. Econtra tamen cum ANTIPATRO sentire malim in coeteris casibus, qui ibidem

dem referuntur ; cum nimirum aedes pestilentes sunt aut male materiae, aut ruinosae, idque praeter dominum sciat nemo. Haec enim vitia celare , non ingenui, non simplicis , non iusti, non boni viri: sed versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, maliciosi, callidi, veteratoris, vatri esse, cum CICERONE pronuntio. *de off. lib. 3. cap. 3.*

§. XIII.

Posterioris generis specimen in eo constituo, si venditor rem vendendam laudet. Atque ita VLPIANVS in l. I. ff. *de dol. mal.* diligenter distinguit, quae decipiendi emtoris causa dicuntur, & quae venditor, ut commendet, dicit : additque, de his sic habendum quasi neque dictum neque promissum sit. Vnde sequitur, ut nec postulare emtor possit praestationem laudis commendationisque, nisi diserta promissio intercesserit. Idem VLPIANVS l. 19. pr. ff. *de Aedil. edict. sciendum est*, ait, quaedam et si dixerit venditor, praestare eum non decere: scilicet quae ad nudam laudem serui pertinent; veluti si dixerit, frugi, probum, dicto audientem. Ut enim PEDIVS scribit, multum interesse commendandi serui causa quid dixerit, an vero praestaturum se promiserit quod dixerit. Et §. 3. *en sola dicta sine promissa admittenda sunt quaecunque sic dicuntur*, ut praec-

praefentur, non ut iacentur. Potissimum vero de iis hoc valet quae in oculos occurunt. Nam FLORENTINVS in l. 43. pr. ff. de contrab. emt. ait, *quae commendandi causa in venditionibus dicuntur, si palam appareant, venditorem non obligant.* Veluti si dicat seruum speciosum, domum bene aedificatam.

§. XIV.

Multo minus tenebitur venditor, si reticet at vitia rei quae emtori nota sunt, vel quae ita comparata sunt, ut omnibus possint apparere. Neque enim dissoluta aut supina ignorantia emtoris excusat. l. 14. §. 9. l. 55. ff. de Aedil. edict. l. 15. §. 1. ff. de contrab. emt. Recte enim huic emtori opponitur, quod ANTONIVS olim CRASSO regessit: quoniam id vitium ignotum non fuisset, nihil fuisse necesse dici: nec eum esse deceptum, qui id quod emerat, quo esset iure teneret. Atque hoc sensu verum est quod DIOGENES dicebat: *si dictum non omne praestandum est, quod dictum non est, id praestandum putas? quid vero stultius est, quam venditorem eius rei, quam vendat, vitia narrare?*

§. XV.

Quod supra de aequalitate pretii cum re annotatum est, illud adeo rigide exigunt aliqui, ut quic-

quicquid ab ista aequalitate recedit, in furti crimen incidence contendant. *Quoties in contractibus, inquit D. CHRYSOSTOMVS, & quoties emendum quid aut dependendum est, contendimus omnique modo laboramus, ut minus aequo pretio demus, nonne huic facto quoddam furtum inest?* quin & ex gentilibus sapientiores abhorruisse a tali circumventione constat. De Q. SCAEVOLA P. filio testatur CICERO lib. 3. de off. cap. 15. quod cum posset alasset, ut sibi fundus, cuius emtor erat, semel indiceretur, idque venditor ita fecisset, dixerit se pluris aestimare, addideritque centum millia. Simile quid DAMASCIVS rhetor & philosophus Stoicae sectae addictus, in *commentario*, quem de ISIDORI praeceptoris & antecessoris sui vita scripsit, de HERMIA quodam narrat, *cum, cum, quod emere vellet, iusto forte minoris esset indicatum, adiecisse quod iusto pretio deerat; quod existimaret aliter agere speciem esse iniustitiae: sed talis, quae plurimos tateret.*

§. XVI.

Habet tamen hoc aliquam latitudinem, intra quam plus minusue dari ac accipi potest, ut nihilominus tamen iustum pretium maneat. Haec enim, inquiunt Imperatores in l. 8. C. de re-

C

scind.

scind. vend. est emtionis ac venditionis substantia quod emtor viliore pretio comparandi, venditor cariore diffrahendi votum gerentes ad hunc contractum accedant; vixque post multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emtore autem ei quod obtulerat addente, ad certum consentiantur pretium. Atque hoc est quod in l. 16. §. 4. ff. de min. POMPONIVS statuit, in pretio emtionis & venditionis contrahentibus naturaliter licere se circumuenire. Id quod explicatur & applicatur ad locationem conductionem in l. 22. §. 3. ff. locat. quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter concessum est quod pluris minoris emere; quod minoris est, pluris vendere, & ita se-inuicem circumscribere, ita in locationibus quoque & conductionibus iuris est.

§. XVII.

Nihil de eo iam dicam quod pro diuersis circumstantiis pretia rerum variant l. 3. ff. de eo quod cert. loc. dar. oport. l. 64. ff. mand. add. BOECL. differ. de mensura pretii. Illud in confesso est, modicam inaequalitatem consensu & voluntate eius, qui minus accepit, purgari & corrigi. Siquidem nemo videtur fraudare eos qui sciunt & consentiunt l. 145. de R. I. & quod quis ex culpa sua damnum

num sentit, sentire non videtur l. 203. ff. eod. Sed quoniam, vt ait CICERO off. lib. 3. cap. 17. aliter philosophi hic versantur, aliter Leges: Leges quatenus manu tenere res possunt: philosophi quatenus ratione & intelligentia: ideo in iudiciis merito certae quantitatis modique ratiō habetur, intra quem inaequalitas vel toleratur in contractibus vel rescinditur. Apud Hebraeos, annotante SELDENO de iure natur. & gent. secund. disc. Hebr. lib. 6. cap. 5. emtio retractabatur, si quis alterum sexta parte veri pretii. fraudasset: apud Romanos deimum ob laesionem ultra dimidium, l. 2, C. de rescind. vend.

§. XVIII.

Atque haec ita ad singulas factorum species accommodari debent; vt iudex cogitur unumquemque rei suae merita & emolumenta atque inde surgens pretium scire, aut scire debere l. 15. C. de rescind. vend. Hincque vt est iterum a DIOGENE proditum; ubi iudicium emptoris est, ibi fraudem vendoris esse non posse. Et hosce quidem terminos licuerit statuere, vt intra eos circumuentio naturaliter licita esse censeatur. Quomodo alii circumventionem naturaliter licitam

C 2

expli-

26 DE CIRCVMVENTIONE IN CONTRACT. &c.

explicit, videri potest in *Dissert. Andreae DINNERI de iusto rerum pretio* & apud GROT. de *J. B. & P.* lib. 2. c. 12. §. 26. add. MORNAC. ad l. 16. §. 4. de min.

§. XIX.

Quae huc usque dicta sunt, ea communiter pertinent ad pactiones publicas priuatasque. Quid in publicis seorsim receptum sit docet GROT. lib. 2. de *J. B. & P.* cap. 11. §. 7. & cap. 12. §. 26. & lib. 3. cap. 19. §. 11. Nos conclusionis loco ingeminamus illud CHRYSSIPPI: *Sic in vita sibi quemque petere, quod pertineat ad usum, non iniquum esse; alteri subripere ius non esse.*

